



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Chronologia Monasteriorum Germaniæ Præcipuorum Ac Maxime Illustrium

Brusch, Kaspar

Nürnberg, 1682

Andlow, antiquitus Andelaha, Germ. Andlau/ ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-38166

57. *Wilhelmus*, vir pius & honestus, gubernavit Abbatiam annis 4. Obiit in anno Jubilæo, hoc est, anno 1500. Sepelitur in ambitu cum tali Hexasticho:

Hoc sepelit saxum lector gelida ossa Guilelmi.

Ille domus sacræ duxq; paterq; fuit.

Clericus & dominus Christi, inolevit amicus,

Quinq; ter emensus secula Phœbus erat

Quinq; ter implerat Februas cum Luna Calendas,

Exolvit vitæ debita fata suæ.

58. *Rudigerus* cognomento piscator eligitur in Abbatem Weissenburgensem anno Domini 1500. Præfuit annis 45. Est Abbas hujus cenobii amplissimus ultimus, Præpositus vero ejusdem primus. Nam anno Domini 1526, odio monasticæ vitæ incensus, & liberioris desiderio flagrans auro effecit, ut monaste-

Weissenburgense Monasterium, in Præposituram mutatur.

S. Walburgis

Abbatia

Weissenburgensi

Præposituræ conjuncta.

Andlow.

S. Richardis

Imperatoris

Andlow.

S. Richardis

Imperatoris

Andlow.

S. Richardis

Imperatoris

Andlow.

S. Richardis

Imperatoris

Andlow.

S. Richardis

Imperatoris

Andlow.

S. Richardis

Imperatoris

Andlow.

S. Richardis

Imperatoris

Andlow.

S. Richardis

Imperatoris

Andlow.

rium Weissenburgense contra primorum fundatorum voluntatem ac sententiam in Præposituram commutaretur. Obiit anno Domini 1545. Sepelitur in summi templi sinistra abside. Sub eodem hoc Rudigero, & eo etiam procurante Abbatia S. Walburgis, ordinis ac instituti Benedictini in sacra sylva sita prope Haganoam, defuncto Bartholomæo ultimo ejus loci Abbate, anno 1544. præposituræ Weissenburgensi unita, annexa, & incorporata est.

59. *Philippus* à Flersheim Episcopus Spirensis doctissimus, fit præpositus Weissenburgensis, post mortuum Rudigerum. Is Præposituram Episcopatus Spirensis incorporavit, anno Domini 1546. consentientibus Divo Imperatore Carolo V. ac Romano Pontifice Paulo tertio.

ANDLOW, antiquitus Andelaha, Germ. *Andlau* ab ejusdem nominis fluvio, vel Helionis Cœnobium, in pago Helifatia S. Fabiano & S. Felicitati sacrum, Canoniarum, celebri loco natarum, opulentum Collegium, ad montana Vosagi situm: Fundatum, ac pro 12. Canonibus, totidemq; Canonicis liberalissime dotatum est anno Christi 880. aut ut alii volunt 888. à S. Richarde Scotorum Regis filia, Caroli Crassi Romanorum Imperatoris

toris conjugē, quæ per divortium à marito segregata, ibi vixit, *ratrix fundatrix.* mortua, & honorifico tumulo, post summam Aram, in sublimē collocata, sepulta est. Maritus vero Carolus Craffus Neydingi, in pago ad Danubium sito, (in quo nunc etiā Monialium congregatio est, à Furstenburgensibus Comitibus fundata) interfectus anno Domini 888. cubat in Augia Divite. Causam diffidii inter hos conjuges, recitant *Regino*, Abbas Prumiensis, & *Cuspinianus*. Dicitur, in hoc ipso Cœnobio, requiescere Lazarus, à Christo resuscitatus. Sequitur catalogus Abbatissarum *Lazari sepulcrum.* et si non integer.

1. *D. Domina Adelhaidis* ab ipsa *S. Richarde* Imperatrice ac Fundatrice prima Abbatissa hujus Collegii constituitur, sed quàm diu illa præfuerit, in literis nusquam reperitur.

2. *D. Magdalena* successit Adelhaidi: sed neq; de ista quicquam in fastos relatum.

3. *Hrudrudis*, Richardæ fundatricis neptis, tertia Andelaviensis Abbatissa, liberaliter donata est à Ludovico Imperatore, & Juditha Imperatrice anno 18. Imperii ejus.

4. *D. Caritas* ejusdem fundatricis neptis, successit domine Rudrudi: quando præfuerit aut quam diu, vel quis huic successerit, id omne intercedit, & in oblivionem ex omni hominum memoria devenit.

5. *D. Brigitta* legitur præfuisse anno Domini 1004. sub Henrico Francorum & Longobardorum Rege.

6. *D. Mechtildis* successit Brigittæ. Hæc Imperatoris Conradi secundi soror germana præfuit anno Domini 1056. & anno 1058. & multa contulit ad Inferius monialium cœnobium, quod *S. Otiliae* monti subjacet. *Inferius Monasterium.*

7. *D. Juditha* successit Mechtildi. Hæc dedicari fecit à Godefrido monacho *S. Trinitatis* sacellum in Castel anno 1064. Hic aliquæ Abbatissæ desiderantur: sed hoc invenitur, quod anno Domini 1090. ex hac vita decesserit inelytus Comes Hugo à Dagspurg Advocatus monasterii & Dominus Alsatia.

8. *D. Haziga*, alibi Hayzka, eligitur ab Imperatore Friderico Barbarossa: tulit gravissimas passiones, quas ipsa prolixè descripsit,

D

Brulohij

Chronologia
Monasterio
sua Germana
S. III

scripsit, quales tamen hæ fuerint, ignoro: nam legere eas non vacabat mihi. Contulit anno Domini 1167. aliquid vicino monasterio Boumgartenfi.

Bomgar-
ten. 9. *D. Hedowigis* successit *D. Hazigæ* Abbatissæ: fuit Haganoæ apud Imperatorem Fridericum Barbarossam anno Domini 1178. cum is Stivagiensis Præmonstratensium cœnobii privilegia confirmaret, præsentibus Godefrido Cancellario, Vicetenente Christiani Archiepiscopi Moguntini, Conrado Episcopo Argentinensi, Ludovico Basilicensi, Friderico duce Svecorum, Amedeo comite Montis Peligardi, Ludovico comite Phytetarum, & Wernhero Abbate Stivagiensi.

10. *D. Hedowigis* Abbatissa præfuit anno Domini 1227. Bertholdi Episcopatus in Argentina anno quarto. Hic iterum hiatus est, & aliquæ hujus five cœnobii five collegii gubernatrices desiderantur.

11. *D. Mechtildis* Abbatissa præfuit anno Domini 1309.

12. *D. Chünigundis* de Geroldseck Comitissa & Abbatissa successit Mechtildi. Obiit anno Domini 1333. ante chorum templi in sublimi tumulo sepulta.

13. *D. Adelheidis*, ex Comitibus de Geroldseck prope Tabernas Alfaticas habitantibus nata, successit *D. Chünigundi* sorori suæ. Præfuit ad annum Christi usq; 1358. Sed an diutius, id etiam incertum. Nam aliud de ea nihil in literas relatum invenitur: & videntur hic iterum Abbatissæ aliquæ deesse.

14. *D. Elizabetha* Baronissa à Rappoldtstein, de qua amplius inveni nihil præter nudum nomen.

15. *D. Sophia* de Andelow Abbatissa, & collapsi cœnobii reparatrix. Obiit anno Domini 1444. Sepelitur ante chorum.

16. *D. Susanna* de Eptingen successit Dominæ Sophiæ. Præfuit 35. annis. Obiit anno 1479. quarta Idus Augusti. Sepelitur in eodem tumulo, in quo *D. Sophia* cubat.

17. *D. Barbara* Knoblocherina eligitur anno 1479. præfuit 14. annis. Obiit anno 1493.

18. *D. Otilia* de Mullhofen præfuit duobus annis. Obiit anno 1495.

19. *D. Chu-*

19. D. Chuni Gundis à Rinach successit Dominae Otiliae. Praefuit annis 42. Obiit anno 1537.

20. D. Cordula, nobilis virago de Kroezingen, gravis & facunda Domina, eligitur anno 1538. Praeest adhuc currente hoc jubilaero. Hæc superiore anno clementer mihi communicavit, quicquid habebat veterum monumentorū, inspiciendum, in quibus & hoc repperi, quod Domina Richarda Imperatrix, ante hujus cœnobii constructionem, habitavit in S. Marini Papiensis urbis præpotenti monialium cœnobio, cujus ipsa fuit suprema gubernatrix, sicuti & Secanici ad Rhenum, & Thuregensis ad Limagum siti, ex mariti sui Caroli Crassi donatione anno Domini 881. facta. Diploma ejus donationis ad Potamum in Palatio Imperiali datum est. In nomine Domini, in quo & hoc animadverti diligenter, quod Imperator, etsi ab uxore jam segregatus, ubique tamen Imperatricem dilectissimam conjugem suam appellat.

Richarda.

ANHUSIUM, Anhausen / cœnobium monachorum instituti ac ordinis Benedictini magnificum ac opulentum, in Marchionatu Brandenburgensi Norico, aut in Rhæsa potius (quæ Sveviæ pars est) non procul à Wassertruhedinga oppido, olim ejusdem nominis Comitum, nunc vero Brandenburgensium Marchionum, ad Wernicum amnem situm, Aureatensis Diœceseos: fundatum ac construi cœptum est anno Christi 958. ab Ernesto Comite de Alto-Truhendingen ejusq; sororio Hartmanno Barone de Lodenburg. Occasio construendi cœnobii hæc erat. Exutus erat Comes Ernestus propter inobedientiam ditione sua ac toto comitatu ab Imperatore Othone magno, in cuius Gynæceo habuerat nuper sororem Comes Ernestus, quam uxorem duxerat Baro Hartmannus de Lodenburg, Mysius: qui cum clementem haberet & Imperatorem & Imperatricem, fideliter etiam & tam diu apud Cæsarem laboravit, donec affini suo Comitatum amissum recuperaret: hac tamen lege & conditione, ut Ernestus Comes Westensen pagum aliosq; vicinos ad Anhusense facellum legaret, unde cœnobium ibi Benedictinæ

Monasterium Anhusium qua occasione sit extructum.

Benedictinum

D 2

Benedictinij

Chronologia
Monasterio
rum Germaniarum
S. III

